Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



98 40

eum a longe usq; intro in atrium sumi sacerdotis
et sedebat cum ministris et calefaciebat se ad ignē
Summi vero sacerdotes. et omne concilium querebant
adversus ihm testimoniū ut eum morti tradent nec
inveniebant. Multi enim falsum testimoniū dicebāt
adversus eū et convenientia testimonia nō erant. Et
quidam surgentes falsum testimonium ferebant
adversum eum dicentes. Quoniā nos audivimus
eum dicentē. Ego dissolvam templum hoc manu-
factum et ꝑ triduum aliud nō manufactum edifica-
bo. Et nō erat conveniens testimoniū eorū. Et exsur-
gens summus sacerdos in medium interrogavit ihm dicēs
Non rūdes ad ea quicquid que tibi obiciunt ab hijs?
Ille aūt tacebat et nichil rūdit. Rursum summus sacer-
dos interrogabat eum et dixit ei. Tu es xpus filius dei bn̄
dicti. Ihs aūt dixit illi. Ego sum. Et videbitis filium ho-
minis adextris sedentem virtutis: et venientem cum
nubibus celi. Summus aūt sacerdos scindens vestimē-
ta sua ait. Quid adhuc desideramus testes? audi-
stis blasphemiā. Quid vobis videtur? Qui omnes
condempnaverunt eum esse reum mortis. Et ceperunt
quidam cōspuere eum et velare faciem eius et colaphis
eum cedere et dicere. Prophetisa. Et ministri eum alapis cede-
bant. Et cum esset petrus in atrio deorsum venit una
ex ancillis summi sacerdotis: et cum vidisset petrū cale-
facientē se aspiciens ait illū. Et tu cum ihu nazare-
no eras. At ille negavit dicens. Neq; scio neq; novi
quid dicas. Et exiit foras ante atrium et gallus can-
tavit. Rursus aūt cum vidisset illū alia ancilla cepit di-
cere circumstantibus. Quia hic ex illis est. At ille iterū